

ment substitué à l'archevêque et au Chapitre et dans les seuls droits qu'ils avaient (1).

(1) Aind le roi fait savoir à l'abbé d'Ainay que le traité de Vienne n'a rien été aux droits de juridiction de l'abbé sur Lyon (Lyon, 24 avril 1312. — Séjour de Philippe non indiqué dans son itinéraire. V. *Historiens de France*, t. XXI, p. 459.) Voici d'ailleurs l'acte même :

Philippus Dei gratia Francorum rex, gardiatori Lugdunensi salutem. Scire vos volumus quod cum nos, ex causa permutationis, a dilecto et fideli nostro archiepiscopo prime Lugdunensis Ecclesie, insuper a dilectis nobis in Christo decano et Capitulo dicte Ecclesie Lugdunensis, merum et mixtum imperium et omnimodam altam et bassam jurisdictionem temporalem civitatis Lugdunensis et ejus perlinentiarum, citra flumine Sagone et ultra, jurisdictionem (*sic*) insuper omnimodam temporalem Castri sancti Justi prope Lugdunum, ville sancti Hyrencii, Forverii et sancti Sebastiani, jurisdictionem ctiam omnimodam dicte Lugdunensis Ecclesie quesitam a dilecto et fideli nostro domino Bellijoci infra votera fossata a Sagone usque ad Rodanum et inde sieut flumine (*sic*) cum suis insulis descendit usque ad pontem prout et in quantum jurisdictione predictorum pertinet ad ipsum archiepiscopum et ecclesiam suam, prout haec in litteris super hoc confectis plenius continentur, acquisivimus, intentionis nostre aliquaterius non existit quod per acquisitionem predictam religiosus viris abbati et conventui monasterii Atthanacensi (*sic*) civitatis Lugduni in jurisdictione quam habere dieuntur in civitate Lugduni, videlicet in villa Sancti Michaelis Lugduni et villa de Vcysia suburbio Lugduni civitatis seu apud Sanctum Sebastianum, aliquod prejudicium generetur.

Imo volumus quod jurisdictione, quam habent et habebant pacifiée ante acquisitionem predictam in locis predictis, eisdem intègre remaneat, eandem habeant et exercent libère sicut antea habebant et pacifiée exercebantj vobis et omnibus aliis justitiariis qui sunt et qui crunt pro tempore dantes tenore prescentium in mandatis ne ipsos religiosos seu officiales vel ministros suos in possessione sua, in qua sunt et fuerunt preteritis temporibus exercendi merum mixtum imperium et jurisdictionem predictam et maxime tempore permutationis predictae, impedire aut turbare aliquatenus presumatis ; sed eos in sua pacifica possessione predicta manentibus, custodiat et a violentiis deffendat.

Datum Lugduni, die xxmi^o aprilis, anno domini millesimo trecentesimo duodecimo. (*Bibl. de la ville d" Lyon*, coll. Coste, n^o 450, grand cartulaire d'Ainay, f^o ccxii r<>)